Vruski altero Vruski Ordiczowi advita:litatem Inscribit

Comparens coram officio et praesentibus Castren. Capitan. Premisliensibus Nobilis Iuan Vruski Corblowicz sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iuris Dictionibusque sui quibusvis proprijs et competen. recedendo praesen. vero Castren. Capitan. Premislien. Iurisdictioni quo ad actum nunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Demetrio Vruski Ordycz in et super bonis suis proprijs et haereditarijs videlicet in fundo dicto Laski, iuxta fundum ad Ecclesiam Ritus Graeci Sanctissimae Trinitatis spectantem iacenti, od pierwszey wyboiny do pierwszego potoczka in bonis Villae Vroze Terra et Districtu Praesenti Premisliensi existentibus cum omni eorundem bonorum iure dominio proprietate titulo advitalitio competentiaque et Prerogativa quavis, omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus commodis et emolumentis nihil prorsus excipiendo Advitalitatem et usum fructum ad extrema duntaxat vitae eiusdem Nobilis Ordycz Vruski tempora cum ea conditione et praecisione quod is idem Nobilis Ordycz Vruski bonis suprascriptis advitalitati suae subiectis ipsemet tantum potiri et uti frugi debebit nec licitum ei erit cessionem Iuris sui advitalitij aut aliquam aliam Inscriptionem super eadem bona advitalitia cuipiam recognoscere inscribit et concedit prout Inscripsit et Concessit praesentibus. In eadem itaque bona suprascripta intromissione per Ministerialem et Nobiles duos dee quacumque fuerit iam ex nunc ipsi admittit, per ipsum bona advitalitati illius subiecta tenendi habendi, et possidendi et pacifice. Ad extrema tantummodo vitae suae tempora fruendi, post mortem vero ipsius bona eadem suprascriptae advitalitati subiecta ad se recusentem sive suos successores iure redire debebunt, et devolvent.